



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Inventionis S. Crvcis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

mus, exhibe, commissa iam olim benignus dimitte, in futurum benedictionem nobis tuam impertire, vt tandem aliquando ad locum, vbi tu in felicitate æterna regnas, peruenire mereamur: ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus deducere dignentur, Amen.

IN FESTO INVENTIO NIS S. CRVCIS.

Partitio.

1. *Messia aduentus pacificus, non bellicosus.*
2. *De S. Crucis figuracione, deque triplici cruce.*
3. *De titulis à SS. Patribus petitis.*
4. *Serpentis in deserto exaltatio cruci conueniens.*
5. *De Christo crucifixo, & miraculum factus multis.*
6. *De S. Crucis virtute & efficacia, & à quo primum inuenta.*
7. *Historia inuentiois, & cur sic festiuitas appellata.*

Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis,
Ioan. 3.

FIGVRA.

1. Mach. 1.

Inigne sane prodigium, ac non minor fuit Israelitici populi, è Persica captiuitate redeūtis, lætitia, cum profundo è puteo sacrum educi ignem illum vidit, quem ante captiuitatem ibidem maiores defoderant. At longe maior Christianorum stupor sit & lætitia oportet, gloriosam Christi crucem tot annorum spatio in subterraneis fossis delitescentem, post tot sæcula euoluta prodigiose erui, & in apertum proferri. Nehemias summus sacerdos ignem detexit, Helena Imperatrix crucem inuenit. Statui ipse mecum hac matutina hora omnem rei seriem exponere, & mysterium latius deducere. Sed primo ad

Spiritus paraclæti opem conuertamur, quæ plenâ rei notitiam cõsequamur, & ad Deiparam Virginem, suis vt ipsa nobis adsit suffragiis, atq; idcirco genibus humi defixis, & animis sursum libratis, Angelicam illi salutationem recitemus.

AVE MARIA.

Sacra Bibliorum volumina, in quib. mille propemodum locis, & nusquam non Messias vt sua nobis aduentus promittitur, vt plurimum enim velut generosum ducem & validum bellatorem repræsentant, sed cui cū potentibus & bellacibus sit aduersarijs acerrim⁹ conflictus subeundus, & præclara de ijs referenda victoria. Ita cum depingit regius Prophetæ dicēs: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in ratio.* Alio vero loco vota illi preceque suas offerēs, inuitat eū, vt in inimicos irruat, prælium ineat, & agmen in aciem producat: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, sagitta tua acuta, populi sub te cadent, eosq; sub iugum mittes.*

Isaias eum vt Regem victoriam de inimicis relata triumphantem, prælijs assuetum, bellandi peritissimum & sanguineis tinctum vestibus, quæ fortitudinis eius sint notæ & animi generosi indicia, spectandum exhibit, admiransque ait: *Quis est iste qui venit de Ed. m. cinis & estibus de Bosra? quare rugineo probrum est vestimentum tuum, & veimenta tua sicut calcantium in torculari? Hocce schemate eum vt bellacem, vt generosum pugilem, & nonnisi victorias spirantem depingit.*

Cæci Iudæi, & ad litteram crasse hæc Prophetæ verba exponentes, oculis animi velatis, & corde stupore & malitia pleno, Messiam belligeratum fingunt, armis quoque illustrem futurum, militem conscripturum, signa militaria prolaturum, tubas inflaturum, acies instructurum, conflictus initurum, agros & vrbes cæcorum hostium sanguine rubricaturum. Sed non hoc Prophetæ modo intelligendus, nec Messias, quem Prophetæ prædixerunt, bellax futurus, & nonnisi bella, sanguinem, cædes & conflictus militares spirantem.

IASC

Messias rex rare credendus, sed potius lenis, clemens, & pacificus & pacificus, qui non armorum violentia, non beliax. militarium instrumentorū impetu, sed prædicationis dulcedine, & crucis humilitate duntaxat inimicos debellarit, deque vniverso mundo triumphum retulerit.

Isaie 53.
Ierem. 9.
Hanc ob causam non inscite à Prophetis Isaia & Ieremia agno comparatur, animali inquam miti ac pacifico, quin se ipse describens, titulosque suos texens, prædicatorem se diuinorum mandatorum, non ducem aut armorum directorem futurum ait: audiamus loquentem: *Ego autem constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius*, id est, Ecclesiam; non ad pugnandum, non ad belligerandum, non ad sanguinem humanum effundendum, sed *prædicans præceptum eius*, ad verbum Dei duntaxat annunciandum: quasi diceret, Missus à Patre meo sum velut pacis nuntius & interpret, non vero vt miles aut bellator.

Psa. 2.
Messias missus vt prædicator: non autem bellator.
Manifestius etiam per Oseam se prodit, dicens: *Saluabo eos in Domino Deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio, & in equis, & in equitibus.* Quid afferri clarius potest, ecquod testimonium ad pernicacius os obstruendū depromi euidentius, vt videant Messiam non cum armis aut armatis venturum? Eiusdem opinionis est & Psaltes, aitque in dieb. aduentantis Messia: pacis & iustitiæ abundantia, non bella vero aut depraedationem futuram: *Orietur, inquit, in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.*

Osee 1.
Bella & arma Messia: spiritualia futura.
Fatemur tamen & verissimū esse afferim⁹, atrocitas & magna Messia: bella incubuisse, in ancipiti sepe conflictu decertasse, insignia in ijse certamina, validos superasse hostes, sed bella hæc, conflictus & arma fuere spiritualia, & hostes eius caro, mors, peccatum, mundus, & diabolus; arma vero illius non arcus, gladius, ensis, bellia, aut bombardæ: sed sola humilitas, caritas, mansuetudo, & patientia: qualia illa Apostoli: *Arma militia nostra non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitionum, &c.* Atque per hæc ipsa Messias admirabilis factus est.

Psal. 71.
Victoria, quam adolescens Dauid de mole illa carnea Golia Philistæo retulit, per arma, quibus in eo profigando vsus est, multo reddita est illustrior: ferro enim, gladio, galea, clypeo, lorica relicta, & solo pedo pastoralis & funda instructus aduersarium solo prostravit, & suo eum ense iugulauit: *Et stetit u-* Allegoria.
per Philistæum, & tulit gladium eius, & interfecit eum, præciditq; caput, &c. Ita & arma, quibus ad hostes conficiendos vsus est Christus, maxime eum admirabilem reddidere: regium enim apparatus, munimenta, inquam, instrumenta, machinas bellicas, milites, exercitus, & alia belli propria negligens, solum crucis adhibuit baculum, qua inimicum deiecit, deiectumque suis cum armis obruncauit.

2. Cor. 10.
1. Reg. 17.
Diabol⁹, inimicus ille iuratus, morte vel. Suis diabol⁹ ut gladio ancipiti vtebatur, quem sibi ipse in lis est armis peccati incude cuderat, quoq; nemi nem nō victus. iugulabat, iuxta illud Sapiētis: *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: & hoc ipso gladio eum Messias interfecit: mors n. Christi Domini illius mortis fuit occasio.* Vnde Psalmita magno hostis huius probro & dedecore velut exprobrans ait. *Lacum aperuit & fodit eum, incidit in foueam quam feci: conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.*

Dauid etiam dum pastor, & Philistæum iam prostraturus, iam tum Messia: apparatus & bellandi modū propheticè præuidens spiritu, dicit: *Et nouerit vnusquisq; Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus.* An non vere loqui est, & clare Messia: aduentum, apparatus & morem bellandi prædicere? Anne enim machinas bellicas produxit, balistas campestres fixit, gladios cruentauit, loricas & thoraces induit, equos armavit, militem conscripsit, vt suis salutem afferret? nihil minus, neq; enim alia arma ad inimicos conficiendos; quam ipsa crucis adhibuit: ista omne eius fuit robur, ista in omnibus victoria rum eius occasio.

Alius sublime admodum Propheta de his armis locutus est, & obscurissime ea descripsit, vere tamen, Abacuc, in quā, qui ait, *Cornua in manibus eius, cornua in quana crucis in manibus gestabit: ac ne forte quis cogitet, arma hæc fragilia & inania esse; mox subdit:*

Bb 2

Armorum
Messia de-
scriptio.

Ab abscondita est fortitudo eius, abscondita scilicet Iudæis, sed clare fidelibus patens & manifesta. Declaraturus porro quanta armorum horum sit fortitudo & robor, illorum vim & victorias subiungit: Ante faciem eius ibi mors. Egredietur diabolus ante pedes eius: id est, Iesus Christus, qui verus est Messias, per crucis suæ arma, in quibus fortitudo eius consistit, insigne tunc decus, tum admirabiles consequetur victorias: atq; inter alia ad triumphi gloriam, & armorum suorum valoris testimonium, mortem subactam subiugatamque ante se ducet, & diabolum ad pedes, velut rei bene gesta trophæum & monumentum, victum habebit.

II.

Gen 31.

Iacob Patriarcha Deo defelici itineris sui successu, & latererum omnium sorte gratias agens, dicit: *In baculo meo transiit Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Eodem plane modo Iacob noster Iesus Christus in crucis suæ baculo violentas & terribiles passionis aquas transiit, & in morte meritis resurgendo rediit; sed in admirabilis ascensionis suæ die, duabus comitatus turmis, vna hominum, Angelorum altera in cælos reuersus est. Ita id exponit S. August.

Crux comparata cum Iacobi baculo.

S. Aug. ser. 76. de temp.

à quo egregiam hanc allegoriam sum mutuatus. Cæterum admirabilis hic baculus à Prophetis in gladium est commutatus. Primus hanc ei cuspidem accudit Isaias, & gladij eum nomine nuncupat, sed gladij duri, potētis & fortis: *Vistitauit enim Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti, super Leuiathan, serpentem & scellum.* Ensis hic adeo durus, magnus, & potens, vere est crux, qua Christus serpendio duro & tem Leuiathan, id est, diabolum, prostrauit ac deuicit.

Isai 27.

Crux collata cum gladio forti.

Finito iam diluuiio pacem suam mundo spondens Deus, his usus est verbis: *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* Sed nostræ pacis & fœderis signum sacra Iesu Christi crux est, arcus inquam longe illustrior & insignior, reconciliationis nostræ symbolum, felicitatis nostræ nota, beatitudinis signum, pacis, remissionis, & indulgentiæ generalis delictorum argumentum.

Gen. 9.

Crux collata cū iride.

Crux collata cū iride.

Cælestis arcus, vel iris, ac diuersicolor hoc signum, stulte à Platone Thaumatis, vel admirationis filia nuncupatur, forte quod ob colorum picturarumque quas præferunt varietatem, diuersitatem mixtionemque oculos metelq; hominum in admirationem rapiat: sed Iris filia Iesu Christi crux vere & potest & debet à nobis etiam admirationis & mirandorū mater appellari: quid n. magis mirabile ac prodigiosum videri Crux mater auditivæ in mundo queat, quam Deum cruci admiratio affigi, & in Caluaria emori?

Iris nubes quedam densa est & crassa, quæ iuxta poetam; *Mille trahit vniuersa aduerso sole colores:* Hoc quoque non ineleganter cruci Redemptori aptari potest, quid enim erat crux, antequam à magni illius solis iustitiæ, Iesu Christi inquam radijs illustraretur & tangeretur? quid præter fœdam, nigram, & densam quandam nubem? erat siquidem scelestorum supplicium, infamiam Crux per theatrum, confusionis speculum, ignominiosius nota, ac quo nihil in mundo fuit proficius; sed à Iesu Christo nobilitata, & à nobilitata lucido illo sole, qui est Deus ita crucifixus, illustrata, mille trahit colores, mille honores, ac virtutes, & sexcenta mirabilia accipit.

Cum scalam illam illustrem & celebrem, quæ inter dormiendum Iacob conspexit, dū in Mesopotamiâ tendit, quæ extremitate vna cælum & altera terram tangebatur, per quam ascendebant & descendebant angeli; penitius contempletur, iam tum illa Messia incarnationem designatam fuisse agnosco, quod sane mysterium scalæ per simile est, extremitate diuinitatis cælos & humanitatis terram feriens, & per id Angeli ascendunt & descendunt; mysterium reuera in scalæ formam cōcinatū, vt per ipsum cælos petamus. S. Augustinus tamen per hanc ipsam scalam crucem Dominicam arbitratur adumbrari, quæ reuera scala est, per quam sæpe homines in cælos ascendunt, & sine qua ad tartara delatantur; scilicet porro Deus innitebatur, quod cruci Christi affixus fuerit, qui Deus simul erat & homo.

Item Patriarcha Iacob cum famulis Deos alienos & in aures eorum extorsisset, simul omnia

omnia

Gen. 35. omnia subter Terebinthum defodit, Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & in aures qua erant in auribus illorum, & infodit eas subter Terebinthum, qua est prope urbem Sichem. Arbor hæc, ad quã idola Labani obruta sunt, vt quidem Rupertus notat, crucē Iesu Christi denotat, ad quam omnia mundi peccata, quæ reuera Dij quidam sunt, tumulata sunt. Verba eius sonant melius: *Terebinthus*, inquit, arbor resinam generans pre iussissimam, lignis crucis quod virtutis est optima significat, subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur, ne ultra vllum vestigium reperiantur.

Num. 21. Omnia hæc tenus è veteri testamento velut figuræ producta egregia quidem sunt; nihil porro ad crucem Redemptoris denotandam occurrit aptius aut proprium magis, quã serpentis illius a nei, de quo in Numeris, erectio, cuius etiam hodierna meminit Evangelium his verbis: *Sicut exaltatus est filium hominis*. Vt historiae seriem rite deducam, idq; ad sacratissimã filij Dei crucis gloriam & honorem, bimembrem concionem pro more faciam, primo venerabilis huius & adorabilis crucis magnitudinem, maiestatem, honorẽ ac mirabilia deducam, deinde ad festi huius occasionem dilabar.

Triplex crux. Primo itaq; antequam prouehar vterius, hic velut verissimum præsupponam, triplicẽ in monte Caluarie crucem fuisse: primo crucem damnati latronis, quam gestat, & in qua velut latrones, confixi sunt peccatores omnes & impij, qui in damnationis statu agunt, noctes enim & dies cruciantur, & incredibiles patiuntur cruciatus; cum omnis semper noxa pœnam secum trahat, & crucem humeris impendentem. Nouerat id Sapiens, dum scriberet: *Non est bene ei, qui assidue est in malis*. Peccatum namque carnifex est, quod sine vlla cruciat requie animam, quæ ipsum commisit: in quo completur, quod ait Psaltes: *Multa flagella peccatoris*, id est, assidue cruciatur peccator, & tanta eius flagra sunt tormenta; & pœna, vt verbis exprimi nequeant. Flagellatur siquidem, antequam peccet, post commissum vero etiam agitur & torquetur acrius, & quamdiu in peccato hæret, sem-

per in cruciatibus versatur. Reipsa id nouerat Rex Ille, qui lacrymans ac sub fæce gemens dicebat: *Peccatum meum contra me est semper*. Perinde ac si diceret: Peccatum meum inimicus meus est, sexcentas mihi inquietes & cruciatus parit, quietem nullam indulget, & assiduo in conflictu viuere me cogit.

Altera crux est latronis pœnitentis, ipsa inquam pœnitentia, in qua omnes illi configuntur, qui post furta & latrocinia varia commissa, id est, post ad iracundiam concitatum & exacerbatum Deum, de admisis dolentes, & creatorem suum agnoscentes, veniam è corde contrito ab eo postulant maiestatis cõtemptæ, bonitatis irritatæ, iustitiæ prouocatæ, cum Rege illo pœnitente animo humiliato, ore gemebundo, & oculis natantibus, dicentes: *Secundum multitudinem miserationum tuarum dona iniquitatem meam*.

Felici & bene ominosa huic affixum cruci gloriari se ille potest, atque inde ad Iesu Christi regnum transire, qui cum Psalte pœnitente ait: *Dolor meus in conspectu meo semper*, id est, Adeo me pœnitet offensæ in Deum meum admittæ, vt vehementissimos idcirco in animo cruciatus experiar. Et sane quicumque ad illustre hoc pertingere supplicii vult, ac vere cor suum crucifigere, illud Propheticum seruet: *Pœnet bis speculam. statue amaritudines, &c.* id est, Excuba, omnes vitæ angulos circui, præterita omnia considera, futura prospice, & inde in amaritudines & dolores descendende. Hæc porro amaritudines pacem conscientiæ pariunt, quas nouerat expertus, qui dicebat: *Ecco in pace amaritudo mea amarissima*.

Is, inquam, qui passionibus subactis, ac suipius victor vitæ infamiam summa cum laude interficere, & in præclara pœnitentiæ cruce infame peccati corpus configere vult, ijs moueatur motibus & affectibus, eo feratur ardore oportet, quo ferebatur pius ille & ardens Iudææ rex David, vir secundum cor Dei, at commissio delicto, alijs haud dissimilis hominibus, & cum ipso ex desiderio charitatis faculis æstuate, quo cupiar cum

Peccatum semper peccatorem sequitur. Psal. 50. Boni latronis crux est pœnitentia.

Psal. 50.

Signum spiritus ritualis crucifixionis per pœnitentiæ crucem. Ierem. 31. Isa. 38. Isa. 38.

Psal. 118.

Deo viuere & mundo plane mori, dicat: *Confige timore tuo carnes meas.* Id est, sicut tu, o Domine, mea causa in cruce fixus & vere mortuus es, hanc mihi gratiam præsta, pro te vt in cruce pœnitentiæ configi & in eadem emori merear: huic carnes, passiones, & carnales concupiscentias meas & omnia praua desideria timoris tui clauo affige & annecte.

Timor Dei

est vnus è clauis crucis pœnitentiæ.

Ecol. 27.

Clauus enim hic imprimis necessarius est, vt in hac cruce maneamus, & vitium in ea extinguamus. Consultit id Sapiens & monet: *Nisi in timore Deitē tenueris, cito subuertetur domus tua.* Id est, nisi in pœnitentiæ sanctæ cruce perseueraueris, & quidem Dei tui timoris clauo confixus, animæ tuę domus cito collabescet, & omnis eius pietas pessum ibit.

Pœnitentię crucem suadet Christus.

Ipse vero Redemptor cum prope perspectum haberet, vt quantum saluti nostræ crux hæc conduceret, in Euangelio eam nemini non suafit dicens: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Duo ex hisce verbis documēta elicio: Primum, vt quis Christum sequatur, crucē hanc ferat oportet, & eam ante in humeris habeat, quam eum sequi possit. Secundum, quo hanc ferat, seipsum abneget necesse est; nemo enim cruci pœnitentiæ prout oportet ferendę idoneus est, qui non quicquid peccati, mundi, ac sui ipsius amorem sapit, iam deposuerit, in quo generalis quædam abnegatio consistit.

E cruce nõ est descendendum.

Matth. 27.

Tanti porro momenti hæc crux est, adeoque necessaria, vt ex quo semel eam susceperis, nunquam dimittenda sit; si eam conscenderis, nequaquam ex ea descendendum, etsi varijs impetamur modis, & mundus nobis descensum omni conatu persuadeat: idque Christi exemplo, qui tamēti instarent Iudei: *Si filius Dei est, descendat de cruce, in ea tamē ad mortem vsq; permanfit.* Et sane veri filij Dei à sanctæ pœnitentię cruce, ne quidquam frēdente & ogganniente mundo, minime desciscunt.

Qui crucē pœnitentię non meretur

Vere inquam crux hæc adeo necessaria est, vt, nisi illam in humeros sustollamus, filij Dei nominari non mereamur, & sempiterna gloria indigni penitus simus. Nam suo Re-

demptor ore in Euangelio, & Euangelium tur esse & per Redemptorem ait: *Qui non accipit crucem dici Christianus, crucem inquam pœnitentiæ, & sequitur me, non est me dignus.* Quid est, non est me dignus? id est, indignus est, qui Christiano vocetur nomine, indignus qui filius Dei dicatur, cœlestes non meretur gratias, verbo vt ronatus dicam, regno cœlorum & gloria æterna plane indignus est. Christus vero ideo in cruce fuit coronatus, & crux & corona ideo concurrerunt, vt hinc euidenter fieret, in cruce filios Dei coronandos esse, & ab ea ad regnum & coronam immortalem viam sterni.

Tertia crux, fuit ipsa Christi, crux inquam iustitiæ, quamq; gestant iusti, singuli dum il- lud Apostoli sequuntur, & dicunt: *Christo cõ- fixus sum cruci:* quasi diceret: sunt qui mundo confixi sunt, & illi semper in pœnis & amaritudine versantur; sed ipse Christo saluatori meo confixus sum cruci, è qua gaudium & incredibile solamen haurio.

Ad venerabilem hanc equitatis & iustitiæ crucem nos exhortatur rex ille, qui ait, *Sacrificate sacrificium iustitiæ.* Huiusmodi porro sacrificia offerre, est cruci Christi adiudicare, in eaq; jugulare & immolare omnia delicta & crimina, quod sane insignis iustitiæ actus est. Apostolus vero pios hoc omnes agere ait, huiusmodi iustitiæ actus rigide quidē, sancte tamen dum exercent: *Qui Christi sunt, inquit, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis.* In quem locum ita scribit D. August. *Congruit nostræ deuotioni, vt q. i. Domini crucifixi passionem celebramus, reprimendam carnalium voluptatum crucem nobis faciamus.*

Pius ille Bernardus ad crucis huius basin omnes eiusdem particularitates ac circumstantias pie examinans, ait eam, vt pote quadrangulam, vt hoc pacto quatuor mundi plagis responderet, significaretque vniuerso illam mundo plantatam esse Deumque se gestare, qui pro toto mūdo moreretur & satisfaceret, quatuor à Domino gemmis pretiosis exornatam fuisse, inferne quidem patientia, superne humilitate, dextrorsum charitate, & summa quadam obedientia sinistrorsum.

De

Crucis Christi hodie loqui, decreuimus, eiusq; mirabilia de-
 sti encomia prædicare. hanc solam mortis triumphum,
 virtutum vitam, meritorum radicem, peccatorum
 ruinam, fidelium spem, orbis decus,
 cœli ianuam, hæretum auxilium, religioso-
 rum solamen, fidei securum, religionis basim,
 Christianorum fulcrum, peccantium refu-
 gium, & Ecclesiæ totius ornamentum appel-
 lare volumus.

Vires cru- Vere etiam Christi crux vniuersum mun-
 cis. dum sanctificauit, tenebras fugauit, diem re-
 duxit, lumen reddidit: ipsa in libertatem nos
 alleruit, vincula captiuitatis nostræ dirupit,
 inimicos in fugam egit, bellis finem imposuit,
 pacem nobis, honorem, diuitias, quietem, se-
 curitatem, & vitam attulit; ipsa errores dispul-
 sit, falsitates coarguit, veritatem docuit, ido-
 la prostrauit; ipsa ab oriente & occidente, à
 meridie & septentrione, & ex omnibus mun-
 di angulis in vnam Ecclesiam & fidem sub v-
 no capite gentes vocatas inuiolabili charita-
 tis vntone coniunxit.

III. Verum exigui mea encomia ponderis fue-
 rint, si cum eis quæ SS. Patres de illa scribere
 comparentur. quam enim illi in eadem cele-
 branda vberes sunt & disertis? quam præclara
 crucis texunt præconia? In primis S. Ioannes
 Chrysostomus crucem omnis nostræ beati-
 tudinis causam esse ait, per illam errorum ca-
 liginem discussam, per illam à tenebris ad lu-
 men nos traductos, illam lassos de disse requi-
 eos qui gratia exciderant reconciliasse; eos qui
 procul erant reduxisse, exules & peregrinos
 veluti ciues & domesticos reddidisse: illam
 insuper discordiæ esse amputatricem, pacis
 firmamentum, omnium denique bonorum
 abundantem largitionem, &c.

Li. 2. f. d. c. 3. Non inferiora, quin imo meo iudicio ma-
 iora sunt, quæ de ea scribit sanctus Ioannes
 Damascenus; vos ipsi, vbi verba audieritis,
 arbitri estote: *Omnibus, inquit, mirabilibus
 mirabilior est crux: per nullum enim aliud mors e-
 nuacuata est, primi parentis peccatum solutum est,
 infernus spoliatus est, resurrectio donata est, &
 contra mundi aduersitates robur collocatum est.
 Per eam reditus in paradysum patrefactus est, per
 eam cœli ianuæ referata, per eam natura no-*

*stra ad dexteram DEI constituta, per eam fi-
 lij & hæredes omnipotentis facti sumus, per eam
 denique æterni Patris potentia nobis est manife-
 stata Dicine quid elegantius aut vberius po-
 test?*

Quin hæc ipsa præconia prosequens, a- *Ibid.*
 lia crucis mirabilia adfert. Hæc, inquit, *dormi-
 entium resurrectio, infirmorum baculus, pastorum
 virga est, salus animæ & corporis, omnium malo-
 rum auersio, omnium bonorum datrix, peccati in-
 teremptio, arbor resurrectionis, lignum vite æter-
 na, lignum, inquam, adeo pretiosum, ut corporis
 scilicet & sanguinis IESU CHRISTI conta-
 ctu sanctificatum omnium honore & reuerentia
 adorari mereatur.* Euangelij scilicet hodierni
 occasione sanctorum Patrum de sancta cru-
 ce elogia producere sum coactus, in quo ni-
 mirum legimus: *Sicut exaltauit Moyses serpen-
 tem in deserto, &c.*

Et sane vbiq; locorum regium cru- Crux victo-
 cis vexillum fixum conspicitur, ibi IESU riarum Iesu
 Christi victoria, & diaboli captiuitas insigni Christi fi-
 cum illius honore, & huius probro patescit. gnum.
 Per lignum serui constituti eramus, per aliud
 etiam lignum pristina sumus libertati resti-
 tuti: per lignum paradiso pulsi eramus, per a-
 liud in eundem aditus referatus: arbor nos
 Dei reddiderat inimicos, & omnes iræ eius in
 nos torrentes accerserat, per sacramentum
 vero crucis in gratiam eum illo redijmus, Deo Crux diabo
 reconcilati sumus, & cum Angelis amicitiam li confusio.
 vntionemq; inuimus. Adeo vt sicut crux no-
 stra est gloria, ita & diaboli sit confusio & in-
 famia.

Vti patibulum, quod fastuosus ille Per- *Esth 7.*
 sa Mardocheo erexerat, illi exitium & mor- Allegoria.
 tem, huic vero simul & vniuerso Iudaico po-
 pulo, qui vna cum ipso eandem aleam subi-
 bat, gloriam attulit ac vitam: ita & crux,
 quam superbus ille inferorum princeps Iesu
 Christo præparat, vnicuique illius & con-
 fusionis fuit occasio, & e contra filio Dei &
 vniuerso generi humano summum decus pe-
 perit & honorem. Huius ergo nobis bene-
 ficij memoriam renouatur ab Ecclesia, & cru-
 cis magnitudinem, simul & quem eius ad-
 miniculo consecuti sumus honorem, decla-
 ratura, veterem illam de serpente figuram
 pro-

producit, quæ his Euangelij verbis includitur: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.*

IV. Hæc porro figura omnibus passim obuia, & à SS Patribus velut vera crucis nota vsurpata, omnibus suis membris & circumstantijs est plane admirabilis, nec esse vel in lege, vel in Prophetis aliquid ipse mihi persuadeo, quod Christi crucem euidentius & conuenientius representet, quodque verum magis eius sit hieroglyphicum, quin imo serpens ille in hasta in Synai deserto eleuatus vera Christi est in Caluariæ solitudine in crucem acti mago.

Num. 21. Primo enim serpens ille in spectaculum erectus serpentis quidem imaginem referebat, reuera tamen & effectu serpens non erat; veneno enim carebat: Ita Christus carnem quidem in similitudinem & instar peccatoris induit, vere tamen peccator non erat. Docet id Apostolus hoc modo de hocce mysterio locutus: *In similitudinem hominum peccatorum factus, non quod docere Paulus, aut persuadere ipse vobis velim, verum hominem non fuisse Christum: vti falso id docere Manichei; sed duntaxat, quod peccator & similis alijs peccatoribus videretur, etsi reuera omnis esset peccati expers. Quod & manifestius in ea quæ ad Romanos missa est Apostolus declarat: Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, quasi diceret, filius à Patre velut homo missus, carne constans & ossibus, esse etiam peccator videbatur, & ceterorum instar peccatoris gerebat similitudinem.*

Philip. 2. Christus peccatoris similitudinem habuit, peccator reuera tamen non fuit. *Rom. 8.* Deinde serpens hic in altum elatus erat hastili, vt hoc pacto commodius & à pluribus serpentium veneno saucijs conspici posset, vt pote, qui conspectus agris medela erat & solatio. Ita & Redemptor Iesus in crucem sublatu fuit, eiusque crucifixio exaltationis nomine sæpenumero in Euangelio denotatur. Ioannis decimo: *Ego si exaltatus fuero à terra; & alibi: Cum exaltaueris filium hominis* Vt nimirum peccatores à vitijs, veris in quâ serpentibus saucijs, ipsum, etiam si numero plurimi, facile & commode contemplantur, cum

Ioan. 12. *Ioan. 8.*

vel vnicus Christi cruci confixi conspectus huiusmodi mederi torminibus, morbisque soleat.

Huic præterea serpenti, vero aduersus venena antidoto, illud erat proprium, vt quotquot ipsum intuerentur, quocumque etiam morsu læsi, ilico persanarentur, alij vero qui ab eo oculos è contemptu auerterent, morsu exstinguerentur. Ita quotquot in Christum credunt crucifixum, eum libenter in cruce conspiciunt, quamcumque demum plagam in anima habeant, à peccatis eripiuntur, & in viam salutis redeunt. Vnde Apostolus: *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti* At qui eam explodunt, & veritati oculos occludunt, ne illi perditionis iter ambulat, inque æternæ mortis versantur discrimine.

Denique vnicus hic serpens in omnium Hebræorum salutem, & omnium à quocumque serpente morsorum medelam erectus fuit: & tam qui prope erant, quam qui aberat remotius, æquali sanabantur discrimine modo in ipsum oculos coniecerent: ita & vnicus & solus Christus in omnium nostrum salutem datus est, quacunq; demum peccati lue infecti sumus, quod confirmans Apostolus ait: *Christus ad salutem omni credenti: & tam qui distant remotius, quam qui adsunt vicinius, oculos duntaxat in hanc conijciētes crucem, & delictorum veniam, & vitam consequuntur æternam. Id est, tã omnes antiqui patres, qui jam inde à mundi exstitero exordio, & ad finem vsq; seculi secuti sunt, qui nimirum fidei oculis Iesum Christum crucifixum viderunt, & videbunt (vt de Patriarcha Araham coram Iudæis ipse Redemptor ait: Abraham pater vester vidit diem meum, vidit & gauisus est) quam qui modo viuunt, per fidem in Christum saluantur, id est, per fidem, quam patres habuere, nepotes habebunt, & nos modo habemus, in Christum crucifixum. crux ergo eius ad totius mundi salutem sufficit. Hæc igitur est ratio, cur hoc hodie Euangelium legendum ab Ecclesia proponitur: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c.*

Rom. 10. Omnes qui fuere, sunt & erunt ad finem vsq; sæculi, per fidem in Christum saluati. *Ioan. 8.* Crux Christi est in salutem totius mundi. *Leuit. 23.*

Admirabilem hanc Christi in cruce exaltationem in Leuitico etiam adumbratam legimus.

gimus. Iussit eo loco Deus, vt dum primitiarū manipuli offerrentur, illi in altis Deo primum tollerentur, quo ita illius ira placaretur, seque populo & offerentibus propitium exhiberet. legis hæc sunt verba: *Feretis manipulos spicarum, primitias messis & stræ ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, & acceptabi est pro vobis.* Ex vniuersa messe vnum duntaxat postulat Deus manipulum: quod vnicus inter omnes homines Christus illum placare & mundo reconciliare iratum debebat, ipse siquidem verus fuit manipulus in quo diuinitas tam animæ quam corpori vinculo & nexu quodam indissolubili vnita & colligata erat: qui manipulus hoc compactus modo, in cruce sublatu Deo acceptissimus & gratissimus fuit, illius furorem leniit, iram placauit, & ad miserendum induxit; adeo vt homini commissa condonarit, in pristina naturæ suæ iura restituerit, vitamque illi æternam in mercedem ac præmia, si modo fidele illi obsequium præstet, sit pollicitus.

Allegoria.

Crux arbor valida est.

Isai. 4. Crux ab omni æternitate delicta ad mundi redemptionem. 1. Reg. 17.

Crux signum bellicum.

Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c. Exaltatio porro hæc in arbore erucis facta est. ð arbor inter arbores omnes excellens, præstans & valida! valida inquam & fortis, cum ferre potuerit illum, qui potentæ suæ humeris omnia gestat; magnum inquam illum & generosum Atlantæ, qui duos vniuersi totius axes & cardines nutu sustentat suo, at arbor ab omni æternitate in mundi redimendi fabricam delecta: de qua Prophetæ & Isaias in primis loquuntur: *Fortis lignum & imputribile elegit artifex sapiens.* Forte nimirum, cum pepulerit, fregerit ac subegerit fortem illum armatum, de quo meminit Euangelium, lignum quoque putredinis & corruptionis expers, non quidem natura sua, sed quod pretioso Iesu Christi sit sanguine irrigatum, & à sacrosanctis illius membris contractum. Lignum etiam in illo Davidis, quo Philisthæum ipse prostrauit, adumbratum lignum denique, in quo erectus fuit nõ iam serpens ille æneus, sed filius hominis, nec in ipso deserto Sinai, sed in monte Caluarie, iuxta illa Euangelii verba: *Sicut exaltauit Moyses serpentem, &c.*

Cum ipsum exaltandi verbum audio, & ex-Bessai tom. 3. de Sanctis.

altatum in cruce Christum intueor, occurrit ilico menti; cur toties crux signi ac vexilli nomine in Scriptura vocetur. reuera enim crux regium filii Dei vexillum est, de qua scilicet canit Ecclesia: *Vexilla regis prodeunt.* & signum bellicum, quod haud dubie erit illud, de quo in Matthæo legimus: *Tunc apparebit signum filii hominis* quæ verba et si Caluinus & alii, quos in Catena sua producit Marloratus, de cruce negent intelligenda, & in Catena, hunc illorum esse velint sensum: Tunc scilicet Redemptor Iesus tam clare euidenterq; apparebit, ac si dato erecto signo aliquo mundi totius ad se oculos attraxisset; omnes tamen Patres Ecclesiæ in alia longe secedentes, & veritatis partes defendendas suscipientes, de cruce Saluatoris locum illum interpretantur: quorum nonnullos ad aduersariorum probrum & cõfusionem producam. Primus sit S. Ephrem in oratione, quam de ipsa cruce in die iudicii apparitione habuit; Secundus, Hippolytus oratione de mundi consummatione, & aduentu Antichristi; Tertius, S. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 15. Quartus, S. Chrysostomus homiliis 55 & 77. in Matthæum; Quintus, S. Augustinus, serm. 130. de tempore. qui testes si reiciantur, alii in aciem prodeant, Origenes scilicet, D. Hieronymus, Hilarius, Theophylactus, Euthymius, V. Bedæ & alii plures, qui vno omnes ore de cruce hæc verba capiunt: & huic interpretationi accedens Ecclesia hodie canit: *hoc signum crucis erit in celo, cum Dominus ad iudicandum venerit.*

Quinimo Thomas Waldensis magni vir nominis & scientiæ non sine ratione ac veri similitudine docet, cruce eandem ligneam, cui Christus affixus fuit, & hodie per vniuersum orbem per frustilla sparsa est, tunc rursus virtute quadam diuina coagmentandam, & integram in die iudicii in celo apparituram, cui opinioni & paulo ante producti Patres videntur ad stipulari, quin & Sibyllæ tale quid inuunt, quarum vna hoc cruce dedit elogium: *O lignum cæli, in quo Deus ipse pependit.* Videndus & S. Thomas.

Ad hoc porro alluisse signum videtur Isaias scribens: *Leuabit signum in nationibus sibi*

Matth. 24.

Marloratus

c. 24.

Tom. 3.

Tract. 20.

cap. 159.

Lib. 6. vna.

cul. Sibyl. 3. p.

954. art. 4.

Isaia 5.

labit ad eum de finibus terra, ecco festinus velo. i. ser veniet. Et si hoc ad litteram de Assyriis aliisque gentibus externis, quas Deus velut proposito ligno & expanso vexillo ad Iudæorum destructionem euocauerat, intelligi debeat; verum tamen per signum hoc positum capi non incommode Christus ipse potest, quo in crucein elato & exaltato, omnes ad bellum euocati sunt, vt cum inimicis decerent. Mox autem vt signum hoc regium paruit, omnes passim concurrerunt vndique, vt sub hoc magni huius regis signo mererent, Sacramentum præstarent & obsequium, & sub cruce velut sub vexillo valde confingerent, idque ex omnibus mundi angulis & plagis. Atque hoc significat Euangelium nostrum, dum ait: *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c.*

Cruz fuit bellicum signum.

Insignis figura quoad crucis exaltationem.

Elevationis occasione occurrit præclarum Iosue factum. Hic enim iam iam cum incolis Hai (quæ in finibus Chanaan sita est vrbs) conficturus, quo sui decertarent animosius, Dei iussu clypeum suum ingentem in altum extulit; quo facto exercitus vniuersus ad confictum est animatus: *Dixit Dominus ad Iosue, Leua clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam; cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis.* Tradunt Hebræi, quos suis in comment. sequitur Lyranus, clypeum hunc longo in hastili præfixum fuisse, quo ab omnibus conspiceretur. Designabat hoc Christum Dominum in summo crucis ligno ad eundem modum eleuatum fuisse, vt ex illo ab omnibus conspiceretur; omnes ipse velut ymbo & scutum descenderet, & illo Christiani omnes spectaculo, simul & vniuersum Ecclesiæ agmen ad strenue bellandum animaretur.

Huc respexisse & allussisse visus est Apostolorum princeps, & magni huius exercitus sub auspicio imperioque Iesu Christi caput, Petrus, quando in sua epistola Ecclesiæ milites ad certamen cum mundo in eundem exortat dicens: *Christo igitur passo in carne, & vos eandem cogitatione armamini.* Quod Græce significantius est & acrius, τὴν αὐτὴν ἐνοσίχθων ὁπλίωσθε; id est, hac vos cogitatione velut armis quibusdam obarmate, vel potius, iuxta hanc cogitationem armamini, vt scilicet

1. Petr. 4.

crucis & passionis Dominicæ robur ostendet, cuius vel sola memoria semel, velut valido & septemplici scuto tecti, omniagenos aggredi hostes, & certam nobis spondere victoriam possumus Ipsa scilicet Ecclesiæ clypeus, & fidelium omnium scutum est.

Cruz Ecclesiæ scutum.

Scutum inquam, quod tanto nobis vrborum pondere Apostolus in ea, quæ ad Hebræos est, commendat; *Recogitate eum, qui tantam sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatig. mini animis vestris deficientes.* Quis enim sub tribulationum & aduersitatum fasce fatiscat deficientes: quis in medio aduersus tentationes certamine arma abiiciat? quis persecutionibus instantibus & ingruentibus animo cadat, si crucem & passionem Dominicam sibi ob oculos posuerit? ecquis miles panidus sub tam strenui ducis signo merens expallescat? quis adeo languidi & plebei animi futurus, qui ictus & confictus declinet, tam imperuio se clypeo protectum credens?

Hebr. 12.

Cruz animam omnes.

Hoc sub clypeo delitescere, credo, a mans illa sponsa, cum tam generose de sponso suo ait: *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Quæ verba hoc modo exposuit Venerabilis Beda: *Christus Super Cant. tamquam myrrhæ fasciculus tunc inter vbera sponsa commoratur, cum Ecclesia mortem sui Redemptoris, sine intermissione intimo corde meditatatur.* Beata porro anima illa, quæ tam illustribus se pascit cogitationibus: & securus ille est Christianus, qui aduersus mundi impetus & persecutiones tam forti se clypeo obarmat & communit. Beatus rursus ille, qui aliud oculis non obicit, aliud corde non volutat, aliud ore non profert, quam Christum Iesum, & hunc in crucein sublatum, de quo in Euangelio scribitur: *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet, &c.*

Cant. 1.

Super Cant.

O vere admirabilis exaltatio! ò arcana crucis mysteria! videntes porro Christum in crucein exaltatum, non modo illo velut signo quodam bellico proposito ad certamen nos vocari credamus, nec clypeum duntaxat illud fortitudiniputemus, quo in pugna communiatur, sed esse insuper propugnaculum inexpugnabile, & turrim quamdam fortitudinis, quæ nos plane

V.

Christus crucifixus

plane

plane tueatur, atque inuictos & insuperabiles reddat. Non abludit ab hoc Psalmista, dum ait: *Deduxisti me, Domine, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Quæ Augustinus verba hac paraphrasi explicat: *Vnde factus est spes nostra Christus, nisi quia passus est, & resurrexit: nos enim non noueramus nisi nasci hominem, & mori; & resurgere hominem, & viuere in æternum non noueramus suscepit quod noueras, & demonstrauit quod non noueras; ideo factus est spes nostra in tribulationibus.* Sequitur *Turris fortitudinis à facie inimici. Angitur cor meum, laborio inter tentatione; & scandala, is est mihi turris fortitudinis, propugnaculum & ar. mea.* Quæ omnia ad Christi in crucem eleuati præconium diriguntur, utque hinc liquido pateat, ab exaltatione crucis Dominicæ omnem nostram protectionem, tuitionem, & vniuersum robur nostrum dependere.

Huiusce rei illustre nobis exemplum hieroglyphicum Apocalypseos suæ initio suggerit sanctus Ioannes, ubi vidisse se ait: *Agnus stantem tanquam occisum habentem cornua septem & oculos septem.* Quæcumque demum loci huius & imaginis expositiones aut scriptæ sunt, aut mente concipiuntur, certissimum est per mirabilem hunc Agnum, IESVM Christum denotari, quod agni ritu in crucis sit ara pro hominum redemptione immolatus; atque hæc Origenis est ratio, ex illis Isaiæ vaticiniis deducta. *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum; sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram condente se obmutet.* Quid porro sibi septem illi oculi, & toridem designant cornua? Oculis magna illa eius illuminatio, & sedula ac quodammodo anxia prouidentia, septem Spiritus sancti donis, per quam & qua Ecclesiam suam regit & gubernat, innixa designatur. Cornua vero iam tum quamdam obsecure eminentem potentiam, & excellens illius in omnia dominium representabant, cum septenario & vniuersalitate, & quædam in suo esse perfectio denotari numero soleat.

Et si vero variæ nominis Cornu sint significationes, ac diuersimode in sacris litteris capiatur, nam interdum regna denotari hinc

apud Zachariam quatuor monarchiæ & primatia totius vniuersi imperia, cornuum nomine accipiuntur: ita & in Psalmis regnum Davidis cornu representatur, *Illud producam cornu David.* interdum magnitudinem, maiestatem, excellentiam, vel prærogatiuam quamdam, tam in bonam quam deteriolem partem notat, duplici hoc sensu illud Psalmista vno in loco vsurpauit, dicens, *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.* Vt plurimum tamen animos generositatem, & robur signat, uti in Psalmo 17. *Protektor meus, & cornu salutis mea,* id est, robur & fortitudo animæ meæ. Hinc in illo Apocalypseos loco per cornua illa Agni non modo sublimis quædam potètia & regnum, sed etiam maximum quoddam & excellens robur exprimitur. Septem vero cornua (quo numero mystice vniuersalitas & perfectio quædam signatur) denotat in Christo Iesu vero Agno, omnis maculæ experte vniuersale quoddam, generale, & perfectissimum robur fore.

Illustris hic Agnus septem hisce cornibus obarmatus omnes mundi gentes ventilauit; quod omnes olim Prophetæ, & Moyses præ reliquis prædixere. Hic enim in Deuteronomio suo de Messia loquens, ita de illo locutus est, *Cornua rhinoceros, cornua illius, in ipsis ventila-bit gentes.* Locum hunc excutiens magnus Tertullianus, ad crucis effecta eum refert, atque verba hæc de Christo vere scripta asserit, qui in crucem exaltatus, & in ea roboris sui cornibus patefactis, de vniuerso terrarum orbe triumphum egit, & omnes sibi gentes subegit.

Nititur vero Tertullianus, (& sane notandum est) eo, quod in illo Apocalypseos loco dicatur Agnus iam tamquàm occisus cornua sua exseruisse: quod in cruce præsertim Agnus ille immaculatus Iesus Christus robur suum, virtutemque ostenderit, & potentiam exercuerit. Prædixit & præuidit hoc iam à multis sæculis Abacuc, qui postquam in manibus eius cornua conspexisset, per quæ non inepte crucis extremitates & anguli capiuntur, mox subnectit: *Ibi abscondita est fortitudo eius: id est, in crucis exaltatione apparet cornua, elucet virtus, patet robur, clarescit po-*

Psal. 60.

In Psal. 60.

Apoc. 3.

Isai. 53.

Septenario numero vniuersitas & perfectio notatur. Cornu varia in scriptura denotatur.

Zach. 4.

Psal. 101.

Psal. 74.

Psal. 17.

Deut. 33.

Lib. aduers. Iud. tit. quod Patriarcha ostendant figuram crucis.

Robur Christi latet in cruce.

Abac. 3.

tentia, & omnigena inde prodire miracula constat.

Ezech. 9.

Et sane ingens robur, eximia virtus, insignia in cruce, & per crucem elucet mirabilia. Hinc in Ezechiele legitur, Deum, dum hinc Angelos ad terram, mare, arbores, homines perdendos emitteret, statim illinc alteri Angelo mandasse, ut frontes gementium plangentiumque signo Tau notaret, quin & aliis angelis ad stragem & excidium emissis indicisset, ut quam perdendi nocendique acceperant potestatem, cōtinerent, differrentque, donec & alii hoc signo notarentur, uti in Ioannis Apocalypsi ad oculum legenti patet, *Nolite nocere terræ & mari, in quo arboribus, quoadv' que signemus servos Dei in frontibus eorum.* Signum hoc, per quod servi Dei proteguntur, & quod lachrymantium frontibus insculpitur, aliud mea quidem sententia non est, quam signum crucis; signum inquam magni roboris & insignis virtutis: quod non minus quam nota illa Angelorum signatos, ab exterminatorum strage & excidio tuebatur, ita servos Dei crux à spiritualibus dæmonum exterminis & malis, ab æternis cruciatibus & animarum condemnatione liberet & immunes præstet.

VI.

Denique verbo ut concludam, crux potest omnia, efficit omnia, ab illa omnis nostra dependet salus, & in qua quod olim Zacharias prædixerat, aut potius quod per illum Deus promiserat, completur; ait enim, *In die illa erit fons patens domui David, & h' i' ratoribus Ierusalem, in abluitionem peccatorum, & menstruata.* fons hic Christus est, in crucem extensus, & confixus, torpatulus vulneribus, quot fons fistulis, è quibus pretiosus eius sanguis id delictorum abluitionem, & animarum salutem, in monte Calvarie quam copiosissime profluxit.

Zach. 13.

Apostolus porro Paulus divinam hanc crucem tanti faciebat, eam ut culmen & apicem universæ scientiæ suæ crederet, libereque fateretur, omne suum scire in sola Christi crucifixi cognitione situm esse: *Non iudi aui,* inquit, *me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Legem ipse percallebat, in historiis veteribus apprimè versatus erat, Philosophiam non ignorabat, in Theo-

1. Cor. 5.
Virtutes omnes cruce continentur.

logiæ intima penetrarat; his tamen omnibus crucis Christi scientiam præferebat; ostendere volens, humilitatem, obedientiam, fidem, charitatem, ceterasque virtutes omnes in vno Deo crucifixo integre perfecteque contineri. Hæc nempe perfectissima scientia est, & omnis Philosophiæ magistra.

Nec tantum scientiam suam ad crucis scientiam Apostolus metiebat, sed omnem quoque honorem & gloriam suam in eadem constituerebat, & Redemptoris crucem velut vnicum gloriæ suæ celebritatisque scopum credebat, dum diceret; *Mihi autē absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Sed exitum non inveniētem, si per patentem hunc campum longius excurrerem, & per admirabilem hanc materiam latius exspatiarer: tempus est ergo canere receptui, & ad alterā partem accingi, qua primarias institutæ celebritatis huius causas deducere promiseram.

VII.

Ergo ut exordiar, iure meritissimo dixerim, hodie Catholicam Ecclesiam plaudere, & in gloriosæ & beatæ crucis huius ab Helena Imperatrice quæsitæ & repertæ inuentione letari: cuius rei seriem paucis complectar. Anno à Christo mortuo prope centesimo & Historiæ quadragesimo, Adrianus Imp. idolorum studiosissimus & Christianorū persecutor acer-
crucis.
rimus, ut Dominicæ crucis & decus tolleretur, vel obscuraret, & omne eius orbe toto nomē proferberet; loco quodā obscuro & fordido vna cum aliis duorū latronum crucib. terræ eam iussit infodi, utque omnem eius memoriā aboleret, obscenam Veneris statuam eodem loco erigi iussit. Verum ut Propheta ait: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum,* aut quod diuinorum decretorum voluntatisque cursum infringit.

Hic anno trecentesimo duodevicesimo, regnante Constantino Imp. cœpit crux fieri illustrior, & gloria eius per omnium ora terrarumque diuagari: & ea quidem fama & honore, ut, cum potentissimi reges eam colere inciperent, suisque eam cordibus insculptam gestarent, quam beatissimos se etiam crederent suis eam insignibus affigere & incidere. Atque inter primos is ipse Constantinus, cum enim adhuc idolis addictus cū Maxentio tyranno bello decertaturus de exitu eius dubitaret

Constantinus

crucis ho-
nozem re-
staurat.

taret trepidans ; ecce sub meridiem cru-
cis signum in aere rutilans & sublustre con-
spexit, cum hac circumsecus epigraphe : *In
hoc signo vices.* Sequenti dein nocte cum ipse
Redemptor orbis dormienti cum hoc eod-
dem signo apparuisset, omnibus vexillis suis
& signis ipsam insculpsit, eiusque admini-
culo hoste profligato illustrem victoriam
reclit, atque inde in veritatis Christianae
partes concedens, Christiana suscepit sacra,
& vniuersam Ecclesiam florentem reddidit,

Imperatrix
Helena Je-
rosolymam
proficisci-
tur crucem
quaesitura.

ac mirabiliter propagauit. Adeo quidem, vt
& mater eius Helena, eandem complexa fi-
dem, & eadem pietate mota, anno circiter
cccxxvi. nocturnis commonita visis Je-
rosolymam versus profectioem instituerit,
ipsam Domini crucem quaesitura, suoque
eam honori dignitateque restitutura; quam
tandem prauius illustribus miraculis repe-
rit, e quibus & certior facta est, & ipsam ab
aliis distinxit. Vt vero perpetua rei huius fo-
ret memoria, & felicitis huius inuentionis
dies ad posteros immortalis recordatione
propagaretur, solemnem eam celebritate col-
endam Ecclesia indixit, & quidem ob varias
easque praclaras rationes: quarum haec pri-
ma sit.

Per mira-
cula repe-
ta crux.

Ecclesia in sanctae crucis inuentionis die
exultat & gaudet, quod haec eadem admi-
bilis inuentionis, qua Deus in mundo redi-
mendo vsus est, memoriam renouet, & re-
fricet; crucis inquam, quam inuentionem
proinde Augustinus *altitudinem diuini consi-
lij, super salutem humani generis* nuncupat:
de qua inuentione & Esaias locutus est: *No-
tas facite in populis adinventionis setus,* & illas
imprimis, quas ad mundi redemptionem
salutemque adinuenit. Erat haec inuen-
tio, quam tanta cum gestantis animi laci-
tia Psalmista meditabatur, vt eam omne
suum esse fateretur exercitium, & occupa-
tionem veluti quotidianam, dum ait: *In ad-
inventionibus tuis exercebor,* & illis praesertim,
quas in hominum genere redimendo adhi-
buiti.

Prima festi
huius insti-
tuendi ra-
tio.

Plurali numero dixit, *in adinventionibus,*
quod Deus suis in consiliis inscrutabilis, &
in executione illorum plane incomprehen-
sibilis, ad hominem honorandum & poten-

Psal. 79.

Deus variis
vsus est in-
uentioni-
bus ad ho-

tiam suam ostendendam plures vsurparit ad-
inventiones. Prima fuit creationis, qua om-
nia e nihilo producta esse & subsistere vo-
luit, quae sane inuentionio haecenus inaudita &
veteribus Philosophis fuit incognita. Secun-
da, incarnationis, per eandem hominem in-
duens, vt scilicet Deus, in terram descendens,
fieret homo, quo hominem in caeli subuehe-
ret; paupertatem amplectens, vt homo dite-
sccret, quae sane adinuentio adeo porten-
tosa & mirabilis fuit, vt vel de eadem loqui
audientes Prophetae expauerint consterna-
ti, & is imprimis, qui tremens ait, *Audim au-
ditionem tuam & timui, considerauit opera tua &
expaui.* Tertia, mortis, passionis, & crucis Je-
su Christi, qua reuera magna in mirabili-
bus, & admirabilis in potentia fuit inuentio:
de qua apud alium Prophetam legere est,
Exalta potentiam tuam, & veni, vt saluus facias
*nos, quasi dicat: mundum per crucis benefi-
cium redimere & saluare tam illustis fuit
inuentio, vt Deum suam excitare & exercere
potentiam opus fuerit.*

In cruce igitur Christus magnam & infi-
nem ostendit potentiam: in illa enim fixus verus Dei
filius, terra contremuit, petrae scissae sunt, sol obscurat⁹, terra caligine & tenebris offu-
scata, & Centurio filium Dei agnouit, dicens:
Vos filius Dei erat hic, & qui mortuos ad vi-
tam reuocans, aegros perfrans, daemones
pellens peccatores conuertens, patrans mira-
cula, a mundo cognitus non fuit, in cruce tan-
dem agnitus est. Praedixerat id ipse apud Jo-
annem dicens, *Cum exaltatus fuerit filius ho-*
minu, in cruce. tunc Centurio, vos, & mun-
dus vniuersus cognoscetis, quia verus Messias,
vniigenitus Dei filius, & orbis totius Serua-
tor ego sum.

Secunda festi huius inuentionis cele-
brandi ratio fuit; quod ipsa crux admirabi-
lis adinuentio, & magni, imo infiniti, erga
homines Christi amoris fuerit testimoni-
um. sequor in hoc praecunte mihi Aposto-
lum ad Romanos, *Commendat autem charita-
tem suam Deus in nobis, quia cum adhuc pecca-
tores essemus secundum tempus, Christus pro no-
bis mortuus est.* Pro eo vero, quod Latine
habemus commendat, Graecè est *συνιστάει*,
quod verbum non solum commendare, sed

etiam

minem ho-
norandum,

Abac. 3.

Psal. 79.

Matth. 26.

Ioan. 8.

Ratio.

Rom. 5.

Magnu di-
uini amoris
in cruce te-
stimonium.

etiam nobilitate, notum facere, & illustrare denotat. Quoniam vero illustre quid est & nobile inimicis benefacere, hinc merito illustrem quemdam & regium amorem Deus perfecisse dicitur, cum pro peccatoribus, id est, inimicis suis mortem oppetit.

Ad amoris porro huius exaltationem hæc Apocalypseo verba de Christo prolata feremus oportet, *Et princeps regum terra, qui dilexit nos.* quæ per antitheta hoc sensu capienda sunt: Magnus ille regū Rex, qui nos amavit, tam pulcher tam fœdos & deformes, ipse bonus nos sceleratissimos, ipse dives & locuples pauperulos & misellos, ipse potens monarcha nos viles, denique ipse Deus magnus, & Regum terræ princeps nos obscuros, plebeios, gregarios, & nullius numeri aut momenti.

Hanc ob causam, vt alias taceam, Apostolus ad Ephesios Dei erga homines amorem, nimium & excedentem vocat: *Eramus*, inquit, *natura filij ira, sicut & ceteri; Deus autem qui dives est in misericordia, propter uniuersam charitatem, quæ dilexit nos.* Eodem item sensu ingens hic amor absolute excessus in Evangelio dicitur: nam verba illa de colloquio inter filium Dei, Eliam & Moysen in monte Thabor in die Transfigurationis, *Loquuntur de excessu;* potissima sanctorum Patrum pars de Christi morte & cruce explicant; quæ vere non minus quidam amoris & affectus, quam tormentorum & poenarum excessus fuit.

Eodem item sensu accipiunt illa Joannis verba: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos:* quæ ita exponi queunt: Redemptor cum suos ab æterno; & ante omnia sæcula prædestinatos dilexisset, dilexit quoque eos in finem, tum scilicet, cum humanam naturam assumpsit: vel, cum ita suos in incarnatione nascendo dilexerit, magis haud dubie eos dilexit in passione moriendo; fuit enim hic velut finis & vltimus amoris gradus, quæ maior dari cogitarique non potest.

Vt vero finem faciam, adeo magnus in cruce Christi se amor exeruit, vt cognosci perspicique penitus non possit, & omnem

scientiam nostram, quinimo cogitationes exerceat omnes superet, vt testatur Apostolus dicens: *Scire et superat notitiam.* quo loco scientia dandi casu positum est, & regitur referturque ad *supereminentem*; vt is plane sit sensus, Amor & charitas Christi omnem excedit scientiam. fauent etiã verba textus Græci, qui præfert, *ἡ ἀγάπη ἡ ὑπερβαίνει τὴν γνώσιν*, id est, charitatem, quæ omnem excedat scientiam.

Et sane, qui veram amoris imaginem & hieroglyphicum videre vult, respiciat Jesum cruce verū Christum in cruce pendentem: nam exterior hieroglyphicū corporis habitus & schema interiori amoris cordis responder. Patentibus apertisque pendet brachiis, vt nos amplectatur & stringat; capite pronò & pendulo, ad nos exosculandos, manibus transfixis, vt nos in gratiam recipiat; latere parulo, vt in ipsum nos admittat; clavis confixus est, fixum constantemque suum, quo nos prosequitur, amorem vt testetur, mortis causam scriptam super caput gestat, vt doceat, salutis nostræ amorem ac desiderium vnicam sibi tot cruciarum & poenarum causam fuisse. Scio Nazianzenum aliter philosophari, & omnia crucis mysteria ac delicti admissionem adaptare, lignum ligno, manibus manus (sed hoc cum discrimine, quod peccantis manus solutæ & inconstantes fuerint, Redemptoris vero fixæ & hærentes) fel gulæ, spineam coronam prauæ vitæ directioni, morti mortem & reliqua reliquis opponere, sed hic non sisto.

Tertia funt lamentalis solennitatis huius, & proinde publici, quod inde promanat gaudij causa est, quod illustrem Christo gloriam & honorè & decus crux attulerit. Hinc in sua ipse ad Deum Patrem oratione ait, *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* perinde ac si diceret, *Mortis meæ hora iam venit, quæ in cruce futura est, ex illa porro honorem & maximam mihi euenturam gloriam spes est.* Sponsa quoque in Canticis in persona Salomonis Regis crucis & passionis Jesu Christi diem, diem consecrationis & coronationis illius, diem desponsationis, diem denique lætitiæ cordis eius nominat; ita potro loquitur, *Egredimini filia Sion, & vide*

Apoc. 1.

Ephes. 2.

Luc. 9.

Ioan. 13.

Amor quæ in cruce Dominus ostendit, vltimus fuit amoris gradus & finis.

Amor Christi in

Apolog. 1.

3. Ratio.

Ioan. 17.

Cant. 3.

dece

dēte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis illius. Salomon hic ipse est Christus, à quo coronatur mater & Synagoga, diadema fertum est spineum, dies vero coronationis huius regis dies est passionis, crux vero thronus fuit. Crux ergo honori illi fuit decori, & gloriæ. Vnde & Apostolus ad Hebræos, *Eum, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus: esum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, &c.* Prædixerat id multo ante Psalmographus dicens: *Ministri eum paulo minus ab Angelis, in die scilicet passionis, sed mox addit: Gloria & honore coronasti eum, &c.*

Hebr. 2.

Psal. 18.

Cruce enarrat gloriam Dei.

Cælos quidem præcones & diuulgatores gloriæ Dei esse alio ait loco, dicens: *Cæli enarrant gloriam Dei*; at de cruce hoc longe dici verius potest; ipsa namq; filij Dei gloriam per vniuersas orbis plagas protulit, maioriq; Deo è cruce, quam è totius orbis creatione honor obtingit. Et ratio quidem congruens est: nam aliis in operibus supremus ipse rerum creator non tantum bonitatis amorisq; quantum in cruce ostendit. Nam namq; velut doctor suam fecit cathedram, velut Rex suum vexillum, velut Pontifex suam aram, velut Deus sedem & thronum, hinc illam cultu lætitiæ, & eo quo Deus ipse modo adorari, colique voluit. Testem huiusce rei habeo sanctum Thomam, qui sine vilo idololatriæ periculo, & sancta quadam religione ligam & crucem Dominicam à nobis docet posse adorari, non tam representationis & imaginis causa, quam quod sacra Christi Christi membra tetigerit.

2. Pet. 1. 12. 4.

Per crucem Christus regnum obtinuit. Psal. 9.

Vt vero quam Christo gloriam crux attulerit manifestum fiat, dico inter alios honoris titulos regnum illi, & imperium tributum esse. Idque probatur primo ex Esaiâ, qui crucem Christi principatum vocat, *factus est principatus super humerum eius, quem etiam principatum Paraphrastes Chaldeus, legem intelligat, quam quia Dominus re ipsa & opere compleuit, super humerum gestasse recte dicitur; veteres tamen Patres de cruce eum capiunt. Tertullianus in primis libro contra Judæos, & 3. aduersus Marcionem. Quis regum in signo potestatis sua humero pra-*

Cruce principatus Christi.

fert, & non aut capite diadema, aut mansuetum? solus nouus Rex Christus noua gloria potestatem humero extulit, crucem scilicet. Nec solus Tertullianus hunc loco huic attribuit sensum: sed & ipsum sequatur multi & sanctitate & doctrina illustres viri, Iustinus scilicet in sua pro Christianis apologia, Cyrillus Alexandrinus, S. Hieronymus in commentariis eius loci, S. Cyprianus, S. Augustinus serm. 71. de tempore, & D. Ambrosius libr. 3. de fide, cap. 4. & alij plures, qui Prophetæ verba hæc de cruce, communi suffragio exponunt, eamque vere principatum & regnum Redemptoris orbis esse afferunt.

Lib. 1. im.

Esai. 9.

Lib. 2. te-

stim. contra

Judæos c. 11.

Verissimum porro maximeque in Scriptura sacra est obuium, per clauem semper magnum quid & Christo honorificum designari; sæpe etiam eam pro regno & principatu eius accipi. Atq; hoc sensu accipi illa alia Esaiæ verba possunt, *Dabo clauem domus David super humerum eius.* porro clavis hæc domus Dauidicæ aliud non est, quam crux filij Dei, vera, inquam domus David, id est, Ecclesiæ clavis, quamque ipse Caluariæ montem ascendens humeris gestauit. Mundi enim Saluator cruce non secus ac clauis quadam cælum iam inde à mundi initio obferatum clausumq; nobis referauit.

Esai. 22.

Cruce clavis Ecclesiæ & cæli.

Tom. 1. hom. de diuinitate eptus. lonc.

Huic interpretationi subscribit S. Chrysostomus, qui crucem Dominicam veram esse clauem affirmat: item Augustinus in Psalmum 43. commentatus. Notandum porro breuiter, in illo Esaiæ loco quandam iurisdictionis, & gubernationis animarum potestatem denotari, quæ profecto clavis magna est & grauis, nec de cingulo, sed super humeros gestanda; tum quod animarum cura graue quoddam sit onus, tum vero quod Prelatus & Pastor ea quæ ipse aliis imperat, in humeros prius sustollere, & executioni mandare debeat. Sed ad probationes nostras postliminio reuertamur.

Secundo, probatur per crucem regnum & imperium sibi Christum acquisisse, illud adfero Dauidicum: quo loco vbi cum Vulgata legimus, *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit*, Septuaginta interpretari sunt; *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno.* ita

Psal. 95.

namque in iis legit sanctus Justinus dialogo contra Tryphonem, ubi & Hebræos fontes ita prætulisse ostēdit; sed Tertullianus cōtra Marcionem & Judæos, S. Ambrosius in 15. c. epistolæ ad Corinth. S. August. in Psalmum hunc, Anobius, Cassiodorus eodem loco, S. Cyprianus de eleemosyna, aliique plures & à ligno insigni cum nequitia & scelere à Judæis è sacro codice erasum & sublatum esse docent.

Judæi multa è sacra Scriptura sustulere.

S. Hier. in c. 5. Mich. Ios. 15.

In cap. 3. ad Galat.

Psalm. 77.

1. Pet. 2.

A. 10.

Nec vero mirādum: constat enim Judæos suis in erroribus pernicaces & fidei nostræ semper aduersantes, multa è sacris voluminibus erasisse, quæ pro nobis facere, & fidem Christianam confirmare posse credebant. Testis enim Diuus Hieronymus est, illos è libro Josue duas integras lineas sustulisse, quas hodie in LXX. legere est, quo loco inter vrbes Juda, ipsa recensetur Bethlehem, quod iurati illi fidei nostræ hōstes sustulere, ne quod inde forte aduersus eos telum & argumentum deprimatur, quo Redemptorem orbis Jesum Christum è tribu Juda progenitum esse declaremus. Et in illa epistolæ ad Galatas cap. 3. verba *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* docet duo hæc in Hebræo verba, *omnis, & in ligno*, minime legi, creditque textum Hebræum à Rabinis deprauatum, & interpolatum, hæcque duo verba sublata. Hæc tantum notandi causa obiter dicta sunt: interea ad probationem meas reuertor.

Tertio, crucem plane regiam esse, & per eam filium Dei in quantum hominem imperium & dominatum sibi peperisse, colligo proboque ex illis Psalmistæ verbis, *Induxit eos in montem sanctificationis sue, montem quem acquisiuit sibi dextra eius.* De Messia porro sermo est, qui dextera sua, id est, robore & potentia, quam in passione & cruce exseruit, Ecclesiæ sibi regnum comparauit. Simili quoque sensu locum hunc exponere videtur Apostolorum Princeps, in prima sua epistola, quo loco Ecclesiam *populum* vocat acquisitionis. quin & in actis Apostolicis legitur. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit, sanguine suo.* Notate, vt Redemptorem orbis, sanguini sui ef-

fusione, & supplicio crucis Regem factum esse, & hoc pacto Ecclesiæ sibi regnum acquisisse dicat.

Præsignificauit hoc longe ante Isaias tempore, cum verbis inuolutis & ænigmaticis ait, *Emitte Agnum dominatorem terræ de petra Esai. 16. deserti ad montem filia Sion.* Obsecrat siquidem Patrem, Messiam vt in agni forma emittere ac demittere dignetur, vt hoc in schemate terræ imperet. Obseruandum vero, non sine mysteriodici: *Agnum terræ dominatorem* fore. Equis enim nō miretur audiens Christum sub agni, anima is a deo imbellis, & nō potius leonis, qui tantos præfert animos, & cuius sapius in sacris litteris illi nomen adpratur schemate & forma, orbis vniuersi dominum imperatoremque vocitari? Duæ tamen mysterij huius se offerunt rationes, vna quidem è Christi passione deducta, alia vero, quæ ad eius benignitatem clementiamque refertur.

Vt vero intelligamus, Christum passione & meritis crucis, totius terrarum orbis imperium sibi comparasse, hinc iure meritoque, cum velut terræ Rex ac dominator describitur, non leo, sed agnus dumtaxat (quod animal immolabile & sacrificiis destinatum erat) nominatur. Adhæc cum vniuersum sibi Rationes orbem subigere, & omnes mundi incolas sub imperij sui leges subiicere, non armis, non dicatur Abelllica potentia, sed benignitate, mansuetudine, bonitate, clementia, decreuisset; recte sub agni simplicis & innocui, non vero belluæ alicuius ferocis indomitæque imagine eius est monarchia representata.

Crux ergo verum imperij principatusque Crux symbolum, ac prope omnis, quam hoc in bolum & mundo sibi Redemptor comparauit, gloriæ nota prima. Ipsemet illud significare voluisse Seruacipatus. Notatur videtur, cum verbis quidem obscuris in Euangelio ait, *Cum exaltatus fuerit filius hominis, tunc cognosceis, quia ego sum.* & alibi multo apertius: *Si semel exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.* Quid porro est exaltari, quam crucem assumere: Quid vero omnia ad se trahere, quam omnium dominari, cœli terræque dominium obtinere, & totius orbis imperium nancisci.

Sed nolite mirari Christiani Auditores, ncu

Cur Messias dicitur sit Agn^o dominator terræ.

Ioan. 8. Ioan. 12.

Cur Christi exaltatione crucem suam appeller.

neu mirum vobis videatur, ipsam à Saluatore mundi crucem honorem, gloriam ac decus suum, ac verbo vnico *exaltationem* appellari. Eamne crucem, Domine, tam ignominiosam, tam probrosam, crudelem, in qua tot affectus es iniuriis, tot passus calumnias, tot cruciatibus saturatus & impetitus, exaltationem tuam nuncupas? Rationes autem nominis huius sunt insignes. Primo, vt stolidam mundi sapientiam confunderet & exploderet, qui eos dumtaxat magni facit & beatos iudicat, qui honoribus, diuitiis & opibus abundant, *Beatum dixerunt populum cui hac sunt. Qui vindictam exigit, qui de inimicis ultionem deposcit, qui ira ac furore astat, qui nihil omnino perferre vult, is generosus & strenuus vulgo habetur.* At ipse Christus suam è contra exaltationem, honorem, perfectionem, nobilitatem, & omnem animi sui magnitudinem in cruce sola sitam putat, in qua tantum ipse infamia, probri, confusio, iniuriarumque pertulit, vt hinc manifestum fiat, opprobria & iniurias Dei causa toleratas, non quandam animi ignauiam ac vecordem pusillanimitatem, sed insignem quãdam exaltationem, & heroicis generosi cuiusdam animi actus & testimonia.

Psal. 14.

Iniurias tollerare actus heroicus.

Cruce theatra fuit in quo omnes Christi virtutes apparere.

Vocat deinde crucem suam exaltationem, quod in ea velut in loco quodam elato, sublimi, ac velut theatro suam moriendo humanitatem, terram vero concutiendo diuinitatem solem offuscando, mortuos sepulchris exciendõ, saxa confringendo potentiam, pro inimicis rogando bonitatem, iniurias patiendo tolerantiam, peccatoribus indulgendo misericordiam, aliasque sexcentas virtutes spectandas dedit.

Non ergo sine ratione crucem tanto Ecclesia cultu prosequitur, cum eam Dei filius ita honorarit, vt eam in turmarum suarum vexillum, & regni signum selegerit, ac tantum vicissim ab eadem honoratus sit. Nec vero mirum cuiquam videatur, si tanto eam Christiani honore cultuque prosequantur, cum & Gentiles & Barbari eam & venerati sint & coluerint. Etsi enim plerique idololatrarum crucis figuram, vt ominosam & abominabilem exhorruerint, Ægyptij tamen suam hoc pacto erga crucem reueren-

Essai tom. 3. de Sanctis.

tiam testati, inter cetera hieroglyphica crucem futuræ vitæ symbolum esse voluerunt. Quia & summum apud eos numen Serapis crucem in pectore, velut pretiosum quoddam monile, & quo nullum formari poterat diuinius, gestasse scribitur, teste sancto Augustino in libris de ciuitate Dei. Ægyptios autem imitati videntur Græci, & patri crucem honore prosecuti: nam in plerisque Serapidis fanis similes repertæ sunt crucces.

Figura crucis in pectore Serapidis velut monile. Lib. 8. c. 5.

Sed nãtias nos non referre hinc parebit. Barbari Refert siquidem Nicephorus Costroem Persarum Regem, in gratam beneficiorum acceptorum memoriam & remunerationem, barbaros aliquot frontem cruce signatos ad Imp. Mauritium misisse, quod in fronte signum cura imperator miraretur, rogaretque cur ipsi à fide profus alieni, in fronte loco dignissimo crucem gestare auderent, aut vellent; respondisse feruntur, iam olim cum vniuersum regnum dira quãdam contagio depasceret, nullumque naturæ scintilla illi sistendæ tollendæque remedium suppeditarent, quorundam suasu & consilio, cruce frontem signandi consuetudinem inductam, & ab eo tum tempore lucem cessare cepisse, populumque à contagio liberatum fuisse: crucem exinde sibi semper verum salutis vitæque signum & remedium extitisse. An non simile id vobis videatur, & quasi idem cum eo, quod in Ægypto factum olim legimus, in qua domus omnes Hebræorum agni sanguine tinctæ perhiberent, vt ab angeli exterminatoris gladio ac strage hoc signo immunes redderentur. Exclamo itaque, ô admirabilis, ô beata crux! ô crux omnigenis honoribus prosequenda!

Barbari cruce signati in fronte.

Mirabilis de crucis efficacia historia.

Exod. 12.

Deut. 21.

Sap. 14.

Dictum olim, cum abominanda, probrosa & exosa, crux erat, *Maledictus, qui pendet in ligno*: sed hodie longe secus se res habet: nam cum crux illustris iam facta sit, & ad summum honorem euecta, illud Sapientie illi velut elogium datur, *Benedictum lignum, per quod fit iustitia*, crux scilicet, in qua de peccato, morte, diabolo, ac mundo iustitia facta est. Iustitia, inquam, cum in summo iustitiæ rigore Patri æterno irato offensoque, per vnigenitum filium eius sit satisfactum: vt,

D d

quon-

Justitia in
cruce per-
fecte facta.

quemadmodum aduersus infinitæ maiestatis Deum crimen ac seclus commissum erat. ita & per quemdam, qui parisi meriti foret, factis factio ipsa fieret.

Psal. 5.

Obscurioribus id verbis innuit Psaltes, & huc alludit, cum Psalmo 5. ad Deum his orat affectibus, *Confiteor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua, letabor & exultabo in te, fallam nomini tuo Altissime, &c.* Cur tam affectuosus humanisque hic vteris verbis sancte Propheta: cur tot gratiarum agendarum, affectus indicandi, laudumq; effundendarum formulas adhibes? rationem ipse nobis petentibus in sequentibus mox dat: *Quoniam fecisti, inquit, iudicium meum, & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam; super thronum inquam crucis tuæ sedens absoluisti & remisisti, quod in iustitiæ humanæ tribunali pœnæ & condemnationi obnoxium fuisset: in illo causam meam diiudicasti, litem diremisisti, ibi aduersus teipse seuerus, & erga me clemens & benignus, de peccatis meis iustitiam fecisti: ibi quoque vere causam meam, non vero tuam iudicasti; siquidem tua non intererat; neque enim peccatum admiseras, nec admittere vllum poteras. O igitur crux vere venerabilis, & omnibus modis adorabilis! tu thronus iustitiæ peccatorum meorum, tu tribunal & locus rationum; in quo redemptionis humanæ pretium annumeratum & solutum est, tu deniq; theatrum, in quo omnes Jesu Christi virtutes ad spectandum exhibitæ sunt.*

Apo. 5.

Huc referamus licet, quod in Apocalypsi sua Joannes vidit: *Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.* Libri huius conspectus & sensus in diuersa abire interpretes coegit, & varias interpretandi vias suggessit. Credunt nonnulli & sane communis prope vniuersorum opinio est, vt Origenes, S. Hilarius, S. Hieronymus, & alij plures, per librum hunc scripturam sacram designari, quæ vere liber admirabilis, & intus & foris ob duo nimirum testamenta scriptus, vetus quidem foris, nouum vero intrinsecus, vrpote mysteriis circumuelatum.

*Hom. 12. in
Exod. &
hom. 14. in
Ezech.
In c. 22. Esa.*

Et sane prodigiosus liber est Scripturæ sacra, septemq; signatus & clausus sigillis: quæ Scripturæ sacra denotata per li-
Hugo Cardinalis & enumerat, & simul, quæ sunt declarata: sententiarum scilicet profunditas, sensuum multiplicitas, figuratum varietas, earundem rerum incomprehensibilitas, mysteriorum obscuritas, tropologia- rum pulchritudo, & veritatis infallibilitas. An non prodigiosa & mirabilia hæc sunt sigilla, quibus tot scatenens mirabilibus liber est obsignatus? Putarunt hæc alij esse Sapientia æternæ arcana, quos inter primas tenet Aretas illis Deuteronomio. verbis innitens: *Nomine hæc conlita sunt apud me, & signata in Deut. 32. Theauris meis?*

Sed, qui, mea sententia, rectius sensere, & Jesus Christus propius ad verum accessere, asserunt per librum hunc Jesum Christum intelligendum esse, cuius libri sigilla septem, septem erant Redemptionis nostræ mysteria, olim sub calypseos, figurarum, & legalium cæremoniæ recta velamine, ipsa scilicet incarnatio, natiuitas, passio, mors, resurrectio, ascensio Redemptoris, & Spiritus Paraclæti demissio.

Porro Christum librum quendam esse, ex ipsa Scriptura colligitur, vnde in Psalmis legitur. *Et in libro tuo omnes scribentur.* Ac de seipso loquens Seruator, veluti de libro quodam loquitur: *In manibus meis descripsi te,* quasi diceret, Te in manibus meis veluti egregio & candido quodam libro scripsi, pennæ instat fuit crux, sanguis atramenti vicem subiit.

Verus inquam liber & lectu admodum facilis ipse Christus est in crucem extensus. Ita de Christo Jesu capitur liber ille, de quo ad Abacuc Prophetam Deus: *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legit eum.* Prophetam hic librum scribere iubet, & litteris quidem grandiusculis, eumque super tabellas coram omnibus explanare, vt ab omnibus prætereuntibus videri legiq; posset. Liber hic magnis litteris conscriptus, & super tabulas extensus ipse est Christus in crucem expansus, & cubitalibus litteris & characteribus maiusculis, id est, illustrissimis virtutum exemplis; vt omnes eadem legere commode, & vitæ recte

Christus in
cruce exte-
sus egre-
gius liber
est & lectu
facilis.
Abac. 2.

recte decenterq; instituendæ petere inderationes queant, exaratus.

Esai. 8.

Etiam exponi sensu potest alter ille Esaiæ locus: *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Stylus porro hominis vulgarem manifestamque scribendi rationem denotat, quæ ab omnibus & legi & intelligi queat. Pater ergo æternus in Christo filio suo, stylo humano & cuius obuius, omnium virtutum illustrium exempla scripsit & descripsit, ut ab omnibus huius iter calcantibus videri intelligique ad, deinde exprimendum valeant.

Ante incarnationem Deus instabat & obsecravit.

Ceterum stylus hic hominis, aut noui huius libri cõscribendi ratio alios mihi in mentem reuocat conceptus, ut mecum ipse iudicem, aut saltem cogitem, Deum ante filij sui incarnationem & passionem non stylo hominis, nec vulgariter scribendi modo, sed obscuriori & Angelico potius vti consueuisse: vix enim, & non nisi quam difficillime, & ab illuminatissimis quibusque ac perfectissimis intelligi poterat, nempe perfectæ generis vitæ in humilitate, patientiæ, inimicorum dilectione, similibusque virtutibus consistere, non nisi in virtute exercitissimi ad scientiæ huius adyta admittebantur, & subtiles libri huius adeo difficilis & obscuri characteres euoluere poterant.

Perfectæ vitæ genus iam cognitu facile est.

Sed postquam carnem humanam Redemptor assumpsit, in Christo Jesu tam ingentibus descriptus est litteris & stylo hominis, tamque egregius clarisque virtutum exemplis depictus, ut à stupidissimo & indoctissimo quoque hodie cognosci & pernosci queat. Hanc porro crux peperit dexteritatem, hanc causata est scientiam, hanc denique docuit Philosophiam.

Firmiter ipse credo. Auditores, & vos mecum credere velim, Saluatorem meum simul & vestrum vere fuisse librum, sed qui omnium se in cruce oculis aperuerit, & velut in sublimi quodam pulpito nemini non se expandere, conspiciendumque dederit. Docuit hoc me Apostolus, dum hoc Galatas modo coarguit, *O insensati Galatae, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, & in vobis crucifixus? quasi diceret, fascino vos quo-*

Gal. 3. Christus crucifixus est doctus

dam dementari suis oportet, qui Euangelio ita & insignis resistatis, vos inquam, ante quorum fidei oculos Iesus Christus est crucifixus, velut liber sed obber quidam euidentiibus & manifestis omnium patris & charitatis erga vos & omnes omnino tens oculis. mortales documentis depictus & exaratus est.

Græca vos *αὐτογράφον*, egregiam hanc expositionem mirifice confirmat, huncque prolicet sensum, CHRISTVM videlicet in cruce expansum fuisse velut librum quendam apertum & explicatum, omnium fidelium oculis obiectum, in quo sine vlla difficultate & peccati foeditas, & gratiæ splendor, & virtutum pulchritudo, & Dei bonitas, sapientia, potentia, & ardens quidam erga humanum genus amor legantur. Beata autem ac felix illa anima, quæ cruditum hunc librum sepe euoluit! Quem sancto-rities & ita perlegit Apostolus, ut omnem inde suam se haussisse scientiam, & præter Jesum crucifixum nihil penitus se nosse fateatur: *Non iudicauit, inquit, me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

In libro crucis oēs legere est virtutes.

1. Cor. 5.

Quicquid demum crux sit, aut liber, aut bellicum signum, vel securum protectionis, vel schola documentorum, vel principatus Christi in nota, vel thronus iustitiæ, vel adorationis cruce velut cauta, aut denique aliud quidlibet, tot in se prodigium complectitur mirabilia, ut quicumque Dei filium in eadem extensum patentiibus brachiis, capite pendulo, & latere parulo cõspicit, paradoxon quoddam audire, & insolens quoddam in rerum natura videre sibi prodigium persuadeat. Ita namque de se ipse Dominus apud Prophetam prædixit, *Tanquam prodigium factus sum multis.* Hic porro locus triplici legi modo potest. Vulgata namque & communis præfert, *Tanquam prodigium factus sum multis,* & is est sensus: Multi me fugiunt, & veluti monstrum, aut portentosum quid execrantur; hinc alij me Samaritanum, alij à dæmonio occupatum vocant. Atque huic expositioni suffragatur D. Hieronymus; quæ in Jesum Christum crucifixum non inepte quadrat: maximum enim reuera prodigium fuit, videre hominem tam extraordinaria quadam ratione, tanta constantia

Christus in cruce velut prodigium est.

Psal. 70.

Varia lectio huius loci.

Patientia stantia, & tam generose pati, vere vt dici
Jesu Christi queat, patientiam eius in omnibus & vbiq;
fuit in cruce plane prodigiosam fuisse.

fuit prodigiosa.

Christus crucifixus & documentum. Esai. 10. Ezech. 10.

Alia versio habet, *Tanquam portentum factus sum multis*. Ita sanctus Hieronymus in versione Hebraica: ac tum sensus est, Redemptorem mirabile & terribile diuinorum iudiciorum, & iræ cœlestis in peccatores concitæ exemplum fuisse. Adeo, vt exemplo suo prælagierit & significarit, eos, qui peccabant, in tartaro grauissima manere supplicia. Hinc cum Esaiam nudum ac discalceatum incedere iussisset, mox subnectit; *Sicut ambulauit seruus meus nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Ægyptum, & super Æthiopiã*. Ita apud Ezechielem populi captiuitatem & transmigrationem designaturus, Prophetam hunc iussit instar hominis domum & habitationem mutantis, per vrbes compita vagari, discurrere, & supellectilem suam de loco in locum transferre, additque, *Quia portentum dedit domui Israel*: quasi diceret, mirum tibi minime videatur factum tuum: hoc enim Istraëlem docebis, & prælagiendo futuras eius calamitates præsignificabis. Ita Dei filius in crucem actus, nudus, concilius, plagis liuidus, & cruciatibus exhaustus, velut prognosticon ac prælagium quoddam documentum futurus erat, quæ pœna & tormenta peccantibus immincant, qualemque sibi iram thesaurizent, nisi ante pœnitentiam flagitia commissa expientur & deleantur.

Christus crucifixus fuit miraculum.

Tertia interpretatio est, *Vi miraculum factus sum multis*, perinde ac si diceret, multi, qui me in cruce patientem oculis conspexerunt, aut postea ex amore in Euangelio id considerarunt, vt miraculum me habuere. Lestionis huius auctor est Caietanus in versione sua Hebraica: qui licet locum hunc de Dauide explicet: qui vere temporis sui ætatisq; miraculum fuit, vt pote, qui etiamnum adolescens vrsos domaret, leones suffocaret, Goliadas prosterneret, & alia facinora egeret; melius tamen rectiusque de Christo Jesu capiat, qui tum in vita, tum in morte, tum potissimum in cruce expirans, omnium fuit sæculorum miraculum.

Quid igitur vobis de hac cruce videtur, Auditores? mirumne in eius elogiis recensendis, honores; deprædicando longum me adeo & effusum esse? cum ipsa mirabile sit prodigium, terribile portentum, & miraculorum omnium maxime sit mirabile. Obstupescitisne etiam, quod eius inuentionem Ecclesia tanto pluuio festaque lætitia celebret?

Scriptum in Euangelio legimus, eum, qui thesaurum in agro inuenit, gaudere & præ lætitia exultare, merito ergo hodie Ecclesia plaudit & iubilat, cum generalis totius orbis thesaurus, qui in monte Caluarie delitescerat, hodierno anniuersario inuentus sit & in apertum productus.

Exultate ergo, Christiani hoc in festo, exultationis & plausus, & lætitiæ signa edite; agnoscite quod hodie vobis accidit bonum, ob rei adeo pretiosæ, vtilis, & ad animæ salutem tantopere necessariæ inuentionem. Lætamini, inquam, quod hodie reperta sit clauis, qua paradisi sit ianua referenda, scala qua in cœlos ascendere possitis, baculus quo vos tueri deberis, ductor quo præeunte victoria certa manet, lignum, quod vna cum vita immortalitatem vobis adferet; thesaurus deniq; quo ditescere, & ex quo omne dissolueret æs alienum potestis.

Hanc ergo crucem diuinam genu flexo adorete, ad eius vos pedes magna animi demissione supplices prosternite, debitum diuinitati ac numini honorem illi date, eius maiestatem veremini, sanctitatem admiramini, & gloriæ eius magnitudinem passim, & vbiq; per omnium aures disseminate. Amplectamini, piæ animæ, in signem hanc arborem, sub vmbra illius, Jonæ Prophetæ exemplo, requiescite vt à nimio & importuno mundi huius æstu defendamini. Sacrum hoc lignum vsurpate, vt olim Elizæus ad amaras sæculi huius ac vitæ aquas dulcorandas. Ad pedes eius, vt olim Jacob sub terebintho, omnes deos alienos & idola, id est, omnia peccata vestra, vanitates, ambitionem, auaritiam, prauos affectus, concupiscentias, mala desideria, & carnis æstus & cupiditates, qui vera mundi huius idola sunt, obruite.

Omil-

Crucis elo-
gia.

O millies adoranda, omnigena veneratio-
ne digna, & infiniti pretii crux! tu cœli de-
cus, terræ ornamentum, & totius orbis mira-
culum, inter cæteras tu arbores, inter thro-
nos, thesauros, mirabilia omnia, & creata
vniuersa emines & præstantissima es. O crux
honore, magnitudine, & gloria plena; te lau-
dant Angeli, glorificant homines, dæmones
formidant. Tu cœlis ornamenta, terræ solu-
tio, inferis es terror. In te sperant peccatores,
tu ægros solaris, tu afflictos recreas, per te
miseri æquanimes sortem suam ferunt, in te
fideles credunt, per te pugnautes sumunt a-
nimos, oppressi generose se tuentur, per te
denique nemo non roboratur & animatur.
O vere regia crux, ac plane diuina, te & ore &
corde supplices adoramus: te velut vnicam
protectionem nostram, tutelam, ac defensionem
agnoscimus, ad te velut ad sacram an-
choram ac spem vnicam accurrimus, ad te,
veluti ad vnicum asylum nostrum confugi-
mus: nostri ergo miserere, nos admitte, ac
præsta vt quem ipse in Caluaria monte in te
recepisti, in cœlestia nos habitacula, & glo-
riæ sempiternæ fruitionem recipere dignetur:
cuius nos participes efficiat Pater, Filius,
ac Spiritus sanctus, Amen.

IN FESTO S. IOANNIS
ANTE PORTAM LA-
TINAM.

Partitio.

1. S. Ioannes an mortuus, disputatur in vtram-
que partem.
2. Tenetur affirmatiua; & quomodo intelligen-
dum: non moritur.
3. Perfectiones in illo conglobatæ.
4. Prærogatiua singularis recumbentis supra
Christi pectus.
5. Martyrium graphice descriptum.
6. De usu & proprietatibus olei, eiusque sym-
bola.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi,
cum filiis suis, adorans, & petens aliquid
ab eo. Matth. 20.

FIGURA.

Beniamin omnium Iacobi Patriarchæ Gen. 46.
filiorum natu minimus, præ cæteris fra-
tribus in Ægyptum frumentandi gratia ab-
euntibus à Iosepho & bene habitus est, &
maiora aliis beneficia & grati amanti que
animi testimonia accepit: quod tum ad ocu-
lum patuit, cum in epulo, quo simul omnes
excepit quinque illi præ aliis fercula apponi
iussit, binas vestes dedit, & scyphum aureum
infiniti pretii ac valoris ori sacci illius indi-
dit. Qui singula hæc paulo secum attentius
considerare voluerit, ilico iudicabit, omnia
recte quadrare, & ad Ioannis nostri Euange-
listæ sortem præsignificandam contigisse.
Certum namque est primo, eum inter cæte-
ros Apostolos omnium natu minimum fuisse,
& Christo cariorem, qui proinde per ex-
cellentiam dictus sit *discipulus quem diligebat*
Iesus. In huius amoris testimonium in beati-
tudinis epulo quod in cælo instituitur, quin-
que illi fercula missusque supererogauit,
quinque inquam sensuum gloriam, & vestem
duplicem, id est, corporis & animi gloriam:
quin & scyphum ex auro purissimo, id est,
passionis calicem, cum nimirum hodie ante
portam Latinam in feruentis olei vas conie-
ctus est, iuxta id, quod de illo prædictum erat:
calicem quidem meum bibitis. Verus inquam
ille Beniamin, de quo prædixerat David, *ibi*
Beniamin adolescentulus in mensæ excessu: quod
non de Paulo Apostolo, sed de Ioanne Eu-
angelista intelligendum est, qui mirabiles
mentis excessus passus est, cum, qui super fa-
ctum filii Dei pectus requiesceret, dignus est
habitus etiamnum adolescens; haud dum e-
nim passionis Dominicæ tempore vicesti-
mum complebat ætatis annum. Sublimia hic
includuntur mysteria, & materia sane per
quam illustris: quam vt pro dignitate vobis
exponam, cœlestem opem efflagito, & ad
Spiritus Paraclerum confugio, gratiam vt
elargiatur, & meritum concedat; vosque ea-
dem opera obtestor, eodem vt vota vestra
dirigatis, quapropter huc preces mentemque
dirigentes, simul omnes Virginem sacratissi-
mam rogemus, suis vt suffragiis nobis adsit,
interim

D d 3